

BX 1757

C5

V.2

1768

SPICILEGIUM

UNIVERSALE

SACRO-PROFANUM

PARS SECUNDA

CONTINENS

LIBRUM VICESIMUM

DE VIRTUTIBUS ET PASCALIO



FONDS HISTORIO  
VALVERDE Y TELLEZ

# LIBER SEXTUS<sup>s</sup> DE VIRTUTIBUS.

## VIRTUS IN GENERE.

Horror peccati.  
Bona conscientia.  
Cura minorum.  
Perfectio Christiana.  
Sancta simplicitas.

### S. I.

## VIRTUTES THEOLOGICÆ.

### FIDES.

Fidelis seu homo Christianus.  
Fidelitas, sinceritas.  
Mysteria fidei.  
Præcepta Dei.  
Observatio Regum.

### SPES, seu FIDUCIA IN DEUM.

Orati.  
Orationes jaculatorie.  
Meditati.  
Examen conscientie.  
Timor Domini.

### CARITAS DEI.

Odiū sui ipsius.  
Contemptus Mundi.  
Conformitas cum voluntate Divina.

### CARITAS PROXIMI.

Amicitia humana.  
Correptio fratrum.  
Bonum exemplum.  
Zelus animarum.  
Dilectio inimicorum.  
Elemosyna.  
Misericordie opera.  
Esurienter pascere.  
Potum dare sitientibus.  
Hospitio peregrinos excipere.  
Operire nudos.

Visitare infirmos.  
Capivos redimere.  
Mortuos sepelire.

### S. II.

## VIRTUTES CARDINALES.

### PRUDENTIA

Sapientia, Scientia.  
Libri sacri. Libri profani.  
Artes. Astrologia.  
Architectonica.  
Cognitio linguarum.  
Musica. Philosophia. Theologia.

### IUSTITIA.

Solutio decimarum.  
Gratitudo. Penitentia.

### TEMPERANTIA.

Abstinencia, Jejunium.  
Humilitas.

Castitas, Virginitas.  
Mansuetudo. Concordia.

Moderestia. Mortificatio.  
Mortificatio passionum.

Mortificatio Visus.  
Mortificatio Oloratus.

Mortificatio Gustus.  
Mortificatio lingue per silentium.

Mortificatio Intellectus per captivacionem.  
Mortificatio Voluntatis per abnegacionem.

### FORTITUDO.

Constituta.  
Perseverantia. Patientia.  
Adversitator, materia patientie.  
Morbi.  
Mors amicorum, filiorum.  
Prosperitas. Desolatio animi.  
Tentationes. Persecutiones.

## VIRTUS IN GENERE.

1. Ut acquiratur sola serua voluntate opus est.

Ententia est cuiusdam Sancti  
Quidquid toto corde, tota in-  
tentione, toto desiderio vis,  
id est certissime: vis toto cor-  
de mansuetudinem: mansue-  
tus es: castitatem: catus es: &c. Hinc San-

ctus Augustinus: Quid est quod imperat  
animum, ut moveatur manus, & tanta est fa-  
cilitas, ut vix a seruitio discernatur inoper-  
rium. S. punct. 110. fol. 322. C. Prov. 11. v. 23.  
Si magna dare aut facere non potes  
saltem habeto voluntatem, si pauper es,  
habe desiderium elargiendi immensas e-  
lemosynas: offer Deo mille annas, mil-  
le vitas, &c. C. Gen. c. 4. v. 7.

A 2 Via

008417

Via ad virtutem est exercitatio, hanc suavem efficit ipsa consuetudo, &c. C. Exod. 27. v. 8. fol. 530.

Cum opus aliquod præstare non possimus, tam bonum Dominum habemus, ut desiderium, & bonam voluntatem pro facto reputet. Abraham, quia solam voluntatem habuit sacrificandi filium, audit: quia fecisti hanc rem, benedicam tibi. Voluntas, ait S. Augustinus, thesaurus est pauperum, & semper habet, unde dat, cui plenum est caritatis pectus. N. 7. Majl.

S. Aug. in Psal. 36. Ser. 2.

Judeus cum quibusdam Christianis iter faciens graviter agrotare cepit, petiitque baptismum. Cumque nulla ad manus esset aqua, instantes rogare cepit, ut saltem fabulo baptizaretur. Factum id est, adhibita forma Sacramentali, & ecce! mox Judeus convalescit, & cum ceteris proficiens iter, dein a Dionysio Episcopo Alexandrino rite baptizatus est. Primus ille baptismus fuit invalidus, nihilominus desiderium Judæi adeo placuit Deo, ut illum baptismum Sacramentali reservaret. Ita Nicphorus.

De Sanctis Apostolis in die Pentecostes ait S. Leo: *O quam velox est sermo sapientie, & ubi Deus magister est, quanto discitur, quod docetur.* Sic facilis est virtus. 1. Quia est secundum naturam, & conformis recte rationi. 2. Quia aviditas virtutis non æstimat labores & difficultates. 3. Quia gratia Christi dat alas roboris, & alacritatis, &c. C. in Eccl. c. 41. v. 22. Item Prov. 2. v. 20.

### 2. Rara est inter prosperitates mundi.

Spontus laudat sponfam: *Nasus tuus sicut turris Libani, que respicit Damascum.* Turris hæc stabat inter amœna vitæ, & erat specula versus hostilem Damascum: rara virtus est inter amœnitates mundi hostem observare. B. Ser. 57. n. 3. Sanctus Bernardus ait: *Miraculum est in honore esse sine tumore, in prelatione sine elatione, in dignitate sine vanitate.*

S. Bern. Ser. 2. de Div. B. P.

Pater Divinus Christum Filium suum agnoscit, quia inter peccatores non peccat. M. conc. 5. aff. 1. n. 8.

Piericillus quidam eremicola in meritis coram Deo æquibatur Theodosio Imperatori: quia iste Princeps in usu & potu erat moderatissimus, in ludis comis & haultandis de industria oculos avertebat, ut suam curiositatem mortificaret, libros propria manu scribebat, & hoc suo labore se sustentabat, ut æmularetur pauperitatem, &c. D. 7. 29.

Gagates accenditur aqua, oleo resingitur, ait Plinius: ita in adversis virtus ardet, replet in prosperis, & assido virtutis oleo languescit. C. Apoc. 13. v. 10. Plin. 38. c. 10.

David cum domi otiosus fieret, in turpescrim adulterii incidit. Solomon inter opes & delicias ita depravatur, ut Deos alienos adoravit. Filius prodigus, quantum burfa turget, vivit luxuriose, & cum primum ad patrem penitentem rediit, cum fame & egelitate alligitur, &c.

### 3. Magis luceat per tribulationes.

Sanctus Joannes vidit Christum emungentem lumina: fucus enim recundit lucem lampadis: ubi Labbata ait: *Emungit te Deus, & refecit super tua ista, quæ te lucere impediabant.* B. Ser. 3. n. 29. Labb. 7. Exempt. parti. 1.

Lapis amianthus ardet quidem, sed pulchritate per ignem. S. punct. 1. fol. 601. Deus per virgam amygdalinam monuit Aaronem, ut ad virtutes sacerdotio convenientes enteretur. Quare per amygdalinam: quia fructus amygdali haberi non potest, nisi prius durus cortex, quo fructus contegitur, confringatur. Ita fructus virtutis haberi non potest, nisi durus cortex multarum tribulationum frangatur. C. Num. 17. v. 8. fol. 839. c. 2.

Dionysius lapis fuscus est, rubeas habens notas, qui si aque mixtus conteratur, vinum fragrat: ita virtus adversus quasi contrita, fragrat acris. *Pulegium floret hyeme, rigente ubique frigore: ita virtus imminuentibus periculis adversus omnia vitia deceriat,* ait S. Ambrosius, *in vitia ad labores, rigidior adversus voluptates, dura adversus illecebras.* Seneca hanc dat virtutis descriptionem: *Quemadmodum pennis, dura adversus illecebras, tenax minorum lumina solis claritas observat: sic dolores, molestias, injurias virtus magnitudine sua elidit.* C. Apoc. 13. v. 19. Sicut mel omnia dulcorat: ita virtus etiam tribulationes dulcescere facit. C. Prov. 24. v. 14.

### 4. Gaudet tranquillitate bone conscientie.

Christus manducabat, & ipse observabant enim, ita justus inter observationes inimicorum opera hilaris, quia securus. S. punct. 160. fol. 57.

Sanctus Gregorius: *Nequaquam tenet exterior numerus hostium, quem non deturbat intus turba vitiorum.* Et Sanctus Eusebius: *Nitorem siderum non insula non obruit:*

obruit: ita neque bonam conscientiam terroret deprimit. S. punct. 16. fol. 600. Sanctus Ambrosius: *Bona conscientia non eget defensione verborum, que sua nixa est testimonio, ipsa sui iudex.* S. punct. 16. fol. 601.

Gaufridus ad Monasterium pergens, obrebratur ingenti rædio & tristitia. Sancto autem Bernardo pro eo orante obdormivit, & evigilans, sicut antea dixerat, nunquam amplius lætus ero; ita nunc dicebat: *Nunquam amplius tristis ero.* E. Oratio 15.

Et quid ni gaudeat ex toto corde Homo iustus, cum cætes sit, quod virtutum suarum opera summopere placeant Deo: Deus ipse affirmavit: *Exultabo in Jerusalem, & gaudebo in populo meo!* Et Moyses exhortans populum ad observantiam legis Divinæ: *Reveretur Dominus, ut gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gavisus est in Patribus tuis.* Hæc cogitatio: Deus delectatur in operibus meis; exhilaravit, & confortavit Sanctos Martyres in tormentis, ut se hostias vivas Deo offerrent: unde S. Cyprianus ad Martyres: *Quid jucundius, & sublimius, quam osculari jam ora vestra que gloriosa voce Dominum confessa sunt: O beatum carcerem, quem illustravit vestra presentia!* C. Sophom. c. 3. v. 17.

1. 1. 65.

2. 30.

3. Cyp. 1. 4. 1. 1. ad hoc.

### 5. Que impedimenta aut inimicos habeat.

Virtutum impedit 1. : Spes longioris vitæ; hæc enim fretus bona consilia quis diutius, diutiusque differt, &c. B. Ser. 6. n. 16. 17. Ser. 7. n. 28.

2. Defectus consuetudinis; ita David non potuit sic incedere cum armis Saulis. B. Ser. 18. n. 38. Ser. 20. n. 35.

3. Prosperitas mundana; ideo Elieus duplicem spiritum petiit, quia inter felicitatem sæculi vivere debebat. B. Ser. 32. n. 37.

4. Rilus & cavilli momorum. Aaronis Sacerdotium a Core & Magdalena undio a Juda capitur: Viri Zelosi & Religiosi quot habent malignos censores? *Quidquid est pulchrum, sequitur Mors.* C. Num. 16. v. 2.

Clemens Alex. 1. 7.

5. Episcopo Sardeni object Spiritus: *Non invenio opera tua plena coram Deo.* Cur autem non fuerint plena? 1. Quia fuerunt infructuosa, sicut arbor florida non habens fructus. 2. Quia operans non fuit perseverans in bono. 3. Quia erant sine caritate. 4. Quia non facta bona

intentione, sed ex appetitu laudis & gloria. 5. Quia cepida & remissa. Episcopo enim convenit illud Pauli ad Timotheum: *Ministerium tuum imple.* Et illud S. Hieronymi ad Paulinum: *Nihil in te mediocre esse contentus sum, totum summum, totum perfectum desidero.* C. Apoc.

6. Maximum virtutis obsculum est quilibet sibi ipsi, cum suis passionibus, & suis tristitibus. Opus igitur est, ut homo vincat seipsum, hanc victoriam sequitur consolatio animi, hæc consolatio est testimonium gratiæ &c. C. Apoc. 2. v. 17.

### 6. Consistit in medio.

Christus Dominus in omnibus elegit medium: natus est dum medium silentium tenerent omnia, in præsepi medius erit inter duo animalia, in monte Tabor inter Eliam & Moysen, in cruce inter latrones, operatus est salutem in medio terræ. &c. A. lect. 2. n. 1.

Ecclesiasticus monet: *Noli esse justus multum: quæ verba multi ita exponunt, ut in rebus omnibus moderatio, & discretio attendatur. Sicut ager ex se pinguis cum optime colitur, depravatur: ita animus destruitur, si immoderata austeritate constringitur.* Hinc Plinius: *Bene colere necessarium est, optime damnosum.* D. 3. 74.

Sicut in iride plures quidem sunt colores, nemo tamen ab uno ad alterum transire ita potest, ut distinde dicere queat, ubi prior color desinat, & posterior incipiat. Ita virtutes ita in medio consistunt, ut si vel ad dextram vel ad sinistram parum declinent jam non in vicio discernantur: hinc cito fit, ut prudentia in astutiam, liberalitas in prodigalitate, fortitudo in temeritate degeneret, &c. D. 9. 93.

In oleo summum, in melle infimum, in vino medium pars optima est: ita virtus indiget sua temperata: Justitia non sit summa, nec infima: sic fortitudo, temperantia & aliæ Virtutes. W. art. disc. font. 11. Exempt. 21.

Prima virtus est, ait S. Ambrosius, ut non frangaris adversis, nec extollaris secundis. Et Nanziazenus: *Virtus in medio vitiorum sita est, velut rosa inter spinas.* Et Aristoteles, *Virtutum definitio mediocritatem.* Unde Horatius: *Virtus est medium vitiorum utriusque reductum.* C. in Eccl. c. 44. v. 3. Et in Ep. 1. ad Tim. v. 6.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

## 7. Vera non sinit se depravari.

Inter notas veri hyacinthi illa est, quod, licet nascatur in Æthiopia regione calidissima, tamen frigescat, & nulla ratione se paritari incalidari, imo in nos sumptum, frigus intendat. Ita vera Virtus, etsi in mundo, & mundanis negotiis versetur, non tamen debet incendi viciolorum igne, imo etsi in ore malevolorum volvatur, & mala exempla impiorum aspiciat, debet invariabilis perseverare. V. Art. disc. Font. 6. Ex. 4.

Pro leproso debebant duo passeres offerri: passer significat hominem iustum: nam 1. passer nidificat in tectis domorum, ne pulli rapiantur a serpentibus: ita homo iustus mente non in terra, sed in celo habitat. 2. Passer non facit esca capitur: ita iustus in gluvie non decipitur, sed carnem macerat. 3. Passer infirmitate & senio albescit: ita iustus ad veritatem mundatur; nam virtus in infirmitate perficitur, &c. His alii que indultis iustus sicut passer eripitur de laqueo venantium. C. Lev. 14. v. 4.

Virtus adamanti comparatur 1. sicut adamas malleo & igni resistit, imo durior fit; ita virtus superat omnia adversa. 2. Sicut adamas venenum enervat, & lymphationes abigit; ita virtus. 3. Sicut adamas dissidet cum magnete, ferum illi eripit, & ad se trahit; ita virtus, quod patet in martyribus, minas & tormenta tyrannorum ambivit, & ad se attraxit. C. Prov. 3. v. 15.

Hinc non omni spiritui credendum, sed bene examinanda sunt actiones: multa putantur fieri ex zelo, & pietate, quæ revera sunt ex ira, invidia, aut alia passione, &c. C. Joann. 4. v. 1.

## 8. Acquirenda est successiva.

Apostolus ait: Exerce te ipsum ad pietatem. Omnis enim res, ait Ambrosius, domesticis exercitiis augetur. Miles quotidie exercetur in armis. Certaturi cursu quotidianum usum palestram petunt. Ad sapientiam, ait Aristoteles, tria requiruntur, natura, doctrina, & exercitatio. Cato aiebat, hominis ingenium esse simile ferro, quod ex usu splendescit, in otio rubiginè obducitur, &c. C. Lev. 22. v. 28.

Deus in Veteri Testamento prohibuit, ut victima, bos aut ovis non una die cum foetibus immoletur. Mater est voluntas, foetus sunt actus exteriores: hi non

simul & semel possunt supprimi, sed succellere. C. Lev. 22. vers. 28.

Virtus est bonum, quod per vim efficitur, ait S. Gregorius Nazianzenus: Virtus inchoata tacitis gradibus se tollit in altum. C. in Eccli. c. 44. v. 3. Sed hoc non fit uno saltu!

Tunc intelligit equitatem, & omnem semitam bonam. Virtus comparatur semite 1. quia recta est, cum via regalis sit lata & larga. 2. Quia compendiosa & brevis est ad perfectionem & felicitatem. 3. Quia directa est. 4. Quia per montes & tudes ducit, quos curras circumant. Porro triplici motu homo iustus movetur, ut satisfaciatur per iustitiam Deo, per equitatem proximo, per iudicium sibi ipsi. Hinc motus etiam animæ per virtutem triplex est, Reflexus, Rectus, & Circularis. Reflexus cum anima a creaturis reficit ad Creatorem. Rectus, cum recta ad proximum tendit, eique præstat, quod debet. Circularis, cum in seipsum redit conscientie quieti consulens. Hac autem omnia arduitate habent. C. Prov. 2. v. 7.

## 9. Est summum bonum in mundo.

Virtutem summum bonum esse censent Philosophi & Aetææ: 1. quia summum bonum est in animo, in animo autem nihil salutaris est virtute. 2. Quia perficit animam, & promovet ad perfectionem. 3. Quia omnia cetera bona reddit; nam virtutis beneficio, munera fortunæ & naturæ, quæ obesse potius quam prodesse possunt, bona fiunt. 4. Quia hominem, etiam si cetera ei desint, bonum ac probum reddit, ita, ut, etiam si ceteris omnibus abundet, sine virtute bonus ac probus non sit. 5. Quia virtus omnia vincit, fortunam superat, naturæ incommoda rejicit, incontinentiam coercet, feritatem profermit. 6. Quia virtute nihil constantius ac firmius, dum enim extrinsecus adversitatem venti nos agitant, dum amici deserunt, & principes persequuntur, sola virtus animo reddit tranquillam, dicente Seneca: Hoc adversus virtutem valent calamitates, quod adversus solem valent nebulæ. 7. Quia virtus non potest non prodesse; hoc enim virtutis privilegium est, quod ea male uti non valeamus. 8. Quia mensura ac regula est ceterorum bonorum, & Deo nos similes reddit, dum maxime purgat, & evêhic ad supera. C. in Eccli. 44. v. 3.

Virtus Abrahamum Patriarcham coram Deo, & hominibus gloriosum reddidit. De illo Ecclesiasticus asserit: Non est in-

Prov. 2.

Rom. 4.

S. Chryf. Alon. de Abrab.

S. Greg. Rom. 15. Eccl. 2.

Eccl. 4.

venus similis illi in gloria, tum ob excellentiam fidem & sanctitatem, qua factus est Pater credendum, tum quia Deus cum eo singulari pactum iniit, novamque Religionem Judæis dedit, tum denique, quia Messiam illi ex posteris esse nacturum promisit. C. Eccli. 44. vers. 20.

Singularem laudem promeruit propter admirabilem fiduciam in Deum, qua paratus fuit filium unicum; ex quo posteritatem sperabat, immolare. Apostolus ait, quod contra spem in spem credidit, nimirum contra spem naturæ credidit in spem gratiæ, & promissionis Divinæ, quod Deus resuscitaturus esset Isaac. C. lb. v. 21. Sanctus Chryostomus laudat eius obedientiam dicitque, quod fuerit Martyr vivus, non vivus, mortuus, non mortuus. C. lbid.

Deus hominem pium ac virtuosum omnibus bonis tam corpore, quam anima replet & remuneratur. C. Levit. 26. v. 3.

Non aurum & argentum, sed virtutes sunt vera divitiæ, quæ nos felices reddere possunt: econtra pauperes non facit egestas, sed cupiditas & impietas. Sole divitiæ sunt, ait S. Gregorius, quæ nos divites virtutibus faciunt. C. Jac. 2. v. 5.

## Io. Gaudet societate bonorum.

Societas bonorum ingentia emolumenta fert animæ, sicut societas malorum ingentia damna. Nam 1. Prodest propter communionem meritum, bona consilia, & exempla. S. punct. 62. fol. 217. Multa addiscuntur pietatis, & scientiarum principia; hinc Aristoteles aiebat: Siquis congressus, & societates hominum ferre non potest, aut bestia, aut Deus est. S. punct. 62. ibid. ad finem. 3. Per societatem bonorum etiam impij conservantur, aut convertuntur: sic zizanias non sunt eradicata propter triticum: Multi navigantes a naufragio præservati sunt propter Paulum Apostolum. Saul propheta vit inter Prophetas. S. punct. 62. fol. 216.

Notum est illud de latrone, quod in Monasterium furaturus irrepserit: cum autem vidit ibi exempla fratrum, & præsertim penitentiam, jejunia, & austeritates pro impetranda felici morte, cogitare de sua salute, & tum sua scelera detestari cepit, demum conversus, ac Monachus factus; piam vitam bona morte conclusit. E. Converso. n. 33.

S. Hieronymus adhuc sæcularis videns unum Monachum coram SS. Eucharistia

in faciem prostratum diu orare, animus tactus, mundo valedixit, & ad Religiosa claustra transivit. N. 26. Aug.

## Horror peccati.

## II. Necessario debet esse conjunctus virtuti.

Lesi vocantur Filii Dei. Hanc autem filiationem, amoremque eo modo probant, quo filius ille, qui, ut legitimum heredem se probaret, iustus est cor desolati Patris sagitta vulnerare; tremere enim toto corpore cæpit, abjectaque sagitta maluit carere hereditate, quam tantum nefas committere. B. Ser. 48. n. 17.

Certe virtus averfari debet peccatum super omnia alia mala: Sic S. Anselmus maluit mitti in infernum, quam Deum peccato offendere, conformiter ad estatum S. Chryostomi: Gehenna gravius est delictum, offendere Deum, S. Paulus timet tentationes carnis propter periculum peccati. Ludovico Regi in pueritia sepe in faciem euniat Mater, Mallem te Ludovice in feretro videre, quam in peccato. S. punct. 157. fol. 512.

Joannes Abbas per similitudinem instruxit fratres, quomodo peccati pericula effugere debeant. Meretrix, aiebat, plures habens amatores a Viro honesto in uxorem petita est: amatores venerunt ante domum cum noto sibilo: illa autem oculos & aures signabat cruce. &c. Sic anima suggestionibus dæmonum sensus occludere debet. E. Verb. O. caso, n. 1.

O quanta fuit nausea, & sollicitudo Satorum contra peccatum, ejusque pericula. S. Tobias filio in testamento reliquit horrorem peccati: ubi Sanctus Antonius Paduanus: Ecce! quale testamentum Tobias condidit filio suo. Carie, ne aliquando peccato consentias. S. punct. 157. fol. 511.

Solida virtus etiam umbram, & initia peccati averfari debet, sciens, quam facile procedatur a levi ad graviora. Pompejus urbem obsessam rogavit, ut agrorum sui milites reciperentur: consentit urbs: ad recepti milites, qui agrum in urbe amularunt, aut paulo post convalescerunt, urbem occupavit. Sic fieti modica familiaritas est talis miles, quia mox veniunt ad majora. B. Ser. 79. n. 11, & seq. Vide Titulum Cura minorum.

Sicut ab unica occasione bona sepe dependet altera salus; ita ab una mala occasione dependere potest æterna pernicies. B. Ser. 61. n. 16. Item Serm. 51. §. 7.

Bona Conscientia.

12. Multa bona offert homini iusto.

**I**nprimis tranquillat animum, cumque contra timorem, quo nihil molestius, securum reddit: *Quam miserum est, ait Seneca, metuendo fieri senem!* hinc quo magis crescit virtus, eo magis crescit securitas: quocirca nonnulli adeo perfecti evadunt, ut occurrente re terribili, nec primos formidinis motus sentiant, quod signum est magnæ fidei & spei in Deum. *Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timeo? Dominus protector vite mee, a quo trepidabo!* sic dixit ille: Etiam siculum, & terra ruant, Theodorus non timebit! S. Pachomius serpentes & scorpiones calcabat illæsus, crocodilo vectus flumina transnatabat. Perfecta caritas foris mittit timorem. S. Macarius in sepulcro Paganorum pernoctans, cadaver capiti instat cervicalis suppositus, cumque demones circa cadaver tumultum, & murmur facerent, nil metuens dixit: *Surge, vado, quo potes!* &c. C. in Prov. 3. v. 26. ad fin.

Deinde felicitas bonæ conscientie clucet ex continuo timore conscientie malæ: *Dabo pavorem in cordibus eorum* &c. *terribit eos sonitus falsi volantis.* Hic pavor & poena comes est peccati, de qua S. Hieronymus: *Nulla poena gravior poena conscientie.* Pythagoras ait, neminem tam audacem esse, quem mala conscientia non faciat timidissimum. Et Plutarchus: *Facinorosa conscientia est instar ulceris in corpore, & penitentiam relinquit in anima lancinantem.* S. Basilus: *Sicut umbra corpora, sic peccata sequuntur animas.* &c. C. Levit. 26. v. 36.

Hugonis Victorius efflatum est: *Transcendit illa, quilla conscientia est, que omnibus est dulcis, nulli gravis, utens amico ad gratiam, inimico ad patientiam, cunctis ad benevolentiam.* C. Levit. 26. v. 36.

13. Quam felix in comparatione conscientie male.

*Merito hec patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum!* Ecce! nondum facta est mentio Iosephi, & fratres in afflictione statim illius recordantur. Nempe sicut ebrius quamvis bibat, non sentit incommoda vini, sed primum postea, dum edormierit crapulam; sic peccatum primum postea insurgit, & mentem graviter ardens, monstrat absurditatem, facti,

ait S. Gregorius. Conscientia domestica, & verum tribunal est. E contra Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia, ait Ecclesiasticus. Et alibi iterum: *Non est oblectamentum super cordis gaudium!* C. Gen. 42. vers. 21.

Anima sancta vinea Domini est, ita S. Bernardus: *Viro sapienti sua vita vinea est, sua mens, sua conscientia: nihil incultum, desertumque in se sapiens derelinquit. Sultus non ita, cuncta apud eum neglecta invenies, inculta, & sordida.* Quod ergo facit vinitor in vinea, hoc facit cultor animæ in anima. C. in Amos c. 9. v. 15. Item Ezech. 15.

Conscientia bona summum bonum est in vita, in morte, & post mortem. Ibi non quaeretur de nobis, quid legimus, sed quid fecimus! Non quam bene scripsimus, sed quam religiose viximus! &c. C. 1. Petr. 3. v. 21.

Merito Apostolus puræ conscientie spem, & fiduciam pollicetur: S. Augustinus enim ait: *Ipsa caritas bene operantis dat ei spem bonæ conscientie, sicut e contra mala conscientia tota in desperatione est.* &c. C. 1. Joann. 1. v. 4.

Cura minimorum.

14. Attendenda, ne peccata invalescant.

**O**vasi a facie colubri fuge peccatum: Nota, non ait, fuge peccatum ut leonem, ursum, bovem, sed ut colubum; quia coluber etiam adhuc parvus, & heri natus virulentus est. B. Sermon. 62. n. 12.

Pompejus petiit ab urbe obsessa recipi milites ægrotos, & sic urbem occupat. B. Sermon. 79. n. 11.

*Vel qui cogitatis inutile.* Cur vix intendatur propter inutilem cogitationem? quia ab inutili paulatim devenitur ad soliquam. S. punct. 11. fol. 49.

*Capite nobis vulpes parvulas, que devolvuntur vineas:* Vulpes parvula, ait S. Bernardus, sunt tentationes: O quoties parvula cogitatio, que sub specie vulpis irrepsit, vineas operum, & fruges evertit! S. punct. 35. fol. 156.

Primogenita Ægypti debuerunt occidi: Gregorius Nazianzenus primogenita vocat primos motus, & cogitationes, a quibus sensim devenitur ad majores. *Qui spernit modica paulatim decedit.* Ubi Gregorius: si curare parva negligimus, insensibiliter seducti audenter etiam majora perpetravimus. Et alibi: qui flere minima peccata negligit

A statu iustitia non quidem repente, sed partibus totus cadit. S. punct. 112. fol. 342.

Nazarai non tantum ab uvis, sed etiam ab acinis abstinerere iubebantur, ne ab his ad uvas, ab uvis ad vinum transirent.

*Pepigi fœdus cum oculis meis:* Ubi Glossa: *Vitium sequitur cogitatio, cogitatio mentem delectatio, delectationem contentus, contentum opus, opus consuetudo, consuetudinem necessitas, necessitatem desperationis, desperationem damnatio.* S. Antoninus & S. Anselmus ait: *Religiones plurimas a neglectu minimorum successively ad interitum venisse.* C. Num. 6. v. 9.

15. Tandem crescit in ingentem Virtutem.

*Estote prudentes sicut serpentes:* Serpens ingentem taurum occidit, & paulatim devorat. Tunc singulis diebus aliquid difficultatis devora, & tandem omnem superabit. M. conc. 30. ass. 2. num. 11.

Deus ab initio creat terram inanem, & vacuum: Quare? Respondeo ut etiam nos in proficiendo hunc ordinem servavimus, & ab imperfectis ad perfecta progrediamur. C. Gen. c. 1. v. 2.

Deus in Levitico Judæis præscripsit minutissimas ceremonias in sacrificiis usurpatis: ut ostendat, nihil coram, quæ ad Dei cultum pertinent, exiguum estimari debere, ait S. Cyrillus. C. Levit. 6. v. 11.

Ilia in nucæ, formica Callicratis & quadriga Mirmecidis fuerunt minima opera, hoc ipso tamen pretiosa, quia artificiosa. T. 341.

Multi mercatores, pecunias, quas quotidie ex mercibus venditis redigunt, in unum sermum coniciunt, quod dum in fine hebdomadis aperitur, saepe thesaurum inventum spe omni majorem. Dum in hac vita degimus, thesaurizare debemus pro æternitate: *Facite vobis thesauros!* & ex quo alio quam ex quotidianis operibus? sicut divitiæ terrenæ ex meris minutis constant, v. g. ex meris obolis, ex meris tritici granulis: ex meris vini guttulis &c. Ita divitiæ spirituales mercitorum congregandæ sunt ex operibus minimis! raro enim datur occasio ad opera heroica, & mirabilia! &c. C. Zachar. 4. v. 10.

Christus verbo & exemplo docuit, quod res magne a parvis initium capiant, iuxta illud Jobi: *Si priora tua fuerint parva, novissima tua multiplicabuntur nimis:* Expertus est ipse Job: Dominus benedixit novissimis illius, magis quam principio

ejus, facta sunt ei quatuordecim millia ovium, & sex millia camelorum, & mille jugera boum, & mille asinæ. C. Zach. 4. v. 10.

Mathematico demonstrandum est, minimum esse tum numerorum, tum elementorum, corporumque omnium basim & substantiam; quia maxima quæque ex minimo sunt: tolle minimum, ubique nihil erat. C. Zach. libid.

Gaudet Deus in humilitatis commendationem res ex nihilo facere: ita homo imitetur Deum! Vis magnus esse, esto parvus: sic S. Terentia fingere beneficium a Deo acceptura, seque prius annihilavit, ut testetur, se coram Deo nihil esse, nihil posse. Sic S. Franciscus abjectus, & humilis plures fundavit Ordines Virorum & mulierum, quam omnes alii. Sic Deus ipse Iosephum ex carcere ad principatum Ægypti, Gedeonem ex arca ad ducatum Israël, Davidem ab ovibus, Sulem ab afinis, discipulos a piscatione ad Apostolatum vocavit. C. Gen. c. 38. in fine, & Zachar. c. 4. v. 10.

Hic mos est Dei, ut per humilia nos deucat ad excelsa: S. Jacobus Apostolus in Hispania tantum novem animas convertit. S. Chrysolomus, S. Gregorius Nazianzenus, S. Paulus erant corpore exigui, & tamen maximi Viri, &c. C. Zachar. libid.

Deus humilia respicit, & in eis ostendit potentiam suam: Lepusculus sapiens est, formicæ & apes republicam formant: grandia animalia horrent a minimis, uti elephas a mure, leo a gallo. C. Prov. 30. v. 28. Item Prov. 6. v. 6.

16. Signum est, qualis homo sit in maximis.

Vacante Abbacia, & duobus electis, unus supplicavit Friderico Imperatori, ut sibi assisteret, oblata magna argenti summa. Imperator vero indignum reputans propter monachum hoc alta illum repulit: scilicet Monasterii statum esse, ut quilibet Monachorum secum aciem deferret: in capitulo igitur sedens, repetit a simoniacò acum, & cum ille non haberet, bene autem illius corvallis, hunc ad Abbatiam promovit, dicens, quia cum prior ille non observaret statuta in minimis, etiam inutilis futurus esset in maximis. E. Statutum n. 2.

Ex puericia hominis desummi potest, qualis ille futurus sit in adulta ætate. Et nempe militum promovetur ad Officium centurionis, nisi prius exiguum cohortem duxerit, multo minus infrenanda exercitus acies ad prælium committitur, nisi prius in

200. 26.

Inco. 112. 12. de civ. 38.

Mib. 21.

S. Bern. in Cap. 2.

Job. 31.

S. Cyrill. l. 12. de advar.

Job. 8.

a fra.

velli.



Sicut aquila semper se magis perficit volando ac generando: ita iustus in sanctitate semper proficere studet. C. Isaia 40. v. 32.

21. In quo consistat.

Aliqui constitunt perfectionem in patientia aduersitatum: Timuit cor meum delaturam crosantis, & collectionem populi, & calumniam mendacem, Super mortem omnia curata. Per tria haec, intelligitur 1. Proditio civitatis, qua caedi & turis illa exponitur. 2. Congregatio populi tumultuans, qua contra aliquem confurget. 3. Accusatio falsa, qua agitur ad mortem, aut infamiam. Haec perferre pro Deo, & iustitia magna perfectio est, maiorque quam exanclatio mortis. Sic S. Paulus exultavit in perfectionibus & calumniis. Sic Monachus Abbacirus, Diacorus Macedonius, & S. Ignatius ad perfectionem & opprobria laetati sunt; primus a fratibus quocidie verberibus expectus, alter sine culpa e Monasterio egestus, tertius ob pietatis ministeria mille calumnias passus exultatum. S. Francis dicere solebat: Perfecta letitia est, cum quis libenter amore Christi iniurias, & opprobria sustinet. C. in Eccli 26. v. 6. Alii constitunt perfectionem in amore Dei ex toto corde, ad quem requiritur 1. ut voluntatem ab omni amore & affectu terreno segetes, & mundifices. 2. Ut omnes cogitationes & opera ad Dei fulminationem honorem, & gloriam dirigas. 3. Ut tua voluntas intime conjuncta sit voluntati Divinae, & imperturbata animi pace omnia, & quaecunque seu bona seu mala evenerint, excipias, simiter credens, quod Deus magis te, quam tu teipsum ames, &c. C. in Eccli 7. v. 32. Et c. 47. v. 10.

Sancta Simplicitas.

22. Meretur colloquium Dei ad cor.

Herodes & Pilatus non poterant a Christo extorquere responsum: Quare? Respondeo Cyprianus: Christus contempnit fastigia eorum. S. puacl. 13, fol. 593. David petiit alas columbinas, quia intelligebat, quod altiora facilius penetrarentur simplicitate mentis, quam levitate pennarum. Ait Ambrosius. M. conc. 28. aff. 3. n. 8. Accedit homo ad cor altum, & exaltabitur Deus, &c. M. conc. 32. aff. 2. n. 13. conc. 36. aff. 3. n. 12.

Abcondisti haec a sapientibus, & revelasti

illis et parvulis. Mysteria fidei partim sunt speculativa partim practica; prudentes autem hujus saeculi cum fastu contentum tam eas veritates, quae pertinent ad intellectum, quam illas, quae spectant ad voluntatem; quia illorum principis advenantur: at humiles instar parvulorum utraque amplectuntur. Haec humilitas & simplicitas itare etiam potest cum subtilissima scienda, ut in Augustino, Alberto, Thoma, aliisque. In illa die bona ancilla Catholica agnosceat supra Aristotelem in speculativis, supra Tacitum in practicis; quia nosse didicic finem suum, & adipsi. Segn. Manu 4. Junii num. 2. Vide Prov. 3. v. 32.

S. Juniperus fatum se, & mente captum simulabat, ut publice illuderetur a pueris. Dein hunc humilitatis actum Christo Crucifixo offerens, interrogatus ab illo fuit, mi Junipere, cur adeo delirus & resuscitatus, Domine, ut amoretur, imitator te, quia in urbe Hierosalem amorem meum, non minus delirasti? Responsonis audaciam excusat ardentissima caritas, & sancta simplicitas.

23. Piacet Deo summo perere.

Jacobus de Voragine narrat, quod quaedam mulier habuerit captivum filium: ergo Statuz B. V. e manibus infanculum JESUM admittit, ciste includit, & minatur se tamdiu non reddiditum, donec B. V. filium suum e carcere liberaret: sequenti nocte B. V. filium liberavit. Manineor fol. 184. E. Maria n. 22.

Simplex quaedam anima saepe devotior est, quam litteratissimi: ideo plorabat Augustinus: Surgant indocti, & calum raptione, & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi voluturum &c. A. lect. 8. s. 11. in fine.

S. Spiritum simplicissimus in Concilio Niceno de arguto Philosopho triumphat. R. 1. cent. 2. part. mir. 6. E. Doctrina.

Pia cuidam femina unicus filius in captivitate abreptus est: rogavit illa instanter Beatam Virginem pro liberatione filii, cumque diu nihil impetraret, Jesulum in manibus Mariz resistentem abripuit, & domi incista tandem conclusit, donec filius ab apparente sibi Maria Virgine ex carcere liberatus fuit. Lucian. p. 2. conc. 72.

Innocentius pueruli ante Scholas in sacello tentaculum fumere fueri, digni habiti sunt, ut Puer JESUS de sinu Matris descendens cum ipsis manducaret. Quod ubi Magistro retulerunt, ab co instructi postera die

Tac. de Voragine in Vite Mar. B. V.

Mat. 18

S. Ambrosius

8. v. 35.

die dixerunt JESULO: Tu semper nobiscum comedis, da ut in domo Patris tui etiam nos tecum comedamus. Annuit Divinus Puer, & invitavit eos ad diem Ascensionis, ubi omnes mortui sunt. E. Innocentia n. 10.

In Japonia senex flagrante domo praereliquis salvare cupit iconem papyraceam Crucifixi, hanc ergo masticat & deglutit; postliminio venit ad Patrem spiritualem queritans, in imagine etiam duos latrones fuisse arsi incisos, & quaerens, an non periculum subesset, ne malus latro sibi aliquid vitii affricaret? vix tenuit risum Pater, & bono animo esse iustum dimisit. T. n. 47.

B. Frater Joannes ex Ord. S. Franc. vidit Salmantica in aula Regem a suis ministris honorari, & quas ceremonias Regi exhiberi confexit, easdem in templo Venerabili exhibuit, identidem tempore: Tuus est hic honor O Rex cali & terre. T. n. 125. N. 11. Jan.

Quilibet Christianus debet imitari pueros, innocentia, simplicitate, & candore, facilitate & teneritudine, & denique humilitate, juxta illud: Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum caelorum. Apposite hic Haymo: sicut parvulus non concupiscit, alienas divitias non appetit, zelus non laedit, non aliud cogitat, aliud loquitur: ita & vos, nisi talem innocentiam habueritis, regnum caelorum intrate nunquam potestis. Et S. Ambrosius: Habet & Christiana simplicitas infantiam suam; sicut enim infans nescit irasci, fraudare non novit, referre non audeat: ita & Christianitatis infantia non irascitur, spoliandis non resistit, cedentibus, non repugnat, &c. C. in Isa. 8. v. 18.

24. Meretur auxilium Dei & Sanctorum.

Pientissimus ac simplicissimus Juvencus in concione S. Vincentii Ferrerii audire, quomodo Sancta Margarita diabolum ergo tenens ligatum percuterit. Rogavit ergo Deum, ut & sibi occasionem daret, egregie percutiendi daemone. Cum ergo aliquando in loco solitario oraret, vetula nativitate muta locum intravit, quam ille putans esse daemonein invasit & occidit. Verum S. Vincentias occisam resuscitavit, & juveni vite gratiam impetravit. E. Margarita. 2.

Sacerdos a puerio castissimus in adulta jam aetate turpissimis tentationibus turbatus ad Beatissimam Virginem confugit. Non statim exauditus vidit aliquando in altari, coram quo orabat, imagines Bea-

ta, & S. Gertrudis. Minari ergo ausus est, quod Beatissima aureum diadema, quod in capite gerebat, nisi sibi auxilium ferret, auferre, & Sanctae Gertrudi imponere vellet. Piacuit Dei Genitrici simplicitas, & cum ab omni deinceps carnis stimulo liberavit. E. Maria 47.

Paulus simplex miraculis adeo clarus, ut B. Antonius quos ipse curare non poterat ad Paulum mitteret, cum aliquando pro homine rabido oraret Dominum, ut eum sanaret, non statim exauditus, indignari etiam ausus est dicens ad Deum: Non manducabo hodie, nisi eum curaveris. E. Obedientia. num. 5.

PARS PRIMA.

VIRTUTES THEOLOGICAE.

FIDES.

25. Quid sit, per definitiones conglobatas.

Est caeleste donum animae in baptismo infusum. Est immelman pretiosissimum, quo Divina liberalitas Christianos ditat. Est lumen intellectus, quo videtur invisibilia. Est summa capitalis, cum qua homo negotiari debet. Est vestis pretiosa, qua ornatur anima. Est oculus animae, qui folicitate a pulvere custodiendus. Est fundamentum virtutum. Est lamina ductilis in horologio, qua rotulas gyrat. B. Serm. 40. n. 7. & seq. M. conc. 2. aff. 1. n. 4.

Quid est fides, nisi credere quod non vides? Fides est praambula spei: spes non edificabit in patria, quem fides non consolatur in via. Fides est argumentum non apparenrium: ubi iterum Augustinus: s. Aug. 8. ser. 18. in Joan. Aufer argumenta, ubi fides quaeritur, in ipsis Gymnasii suis jam Dialectica taceat; piscatoribus credunt, non Dialecticis. S. Bernardus ait: Quid non inveniat fides? attingit inaccessa, deprehendit ignota, comprehendit immensa; apprehendit novissima, &c. C. Exod. 26. v. 31.

In more Christi velam templi scissum est: id est, sublatiis figuris veteris testamenti apertum est Sanctum Sanctorum, & fidei veritates revelatae. C. Exod. 26. v. 31.

Est donum Dei, Gentilis parens Goe duos filios ad baptismum adducit, ipse vero in gentilismo obstinate perseverat. T. n. 120.